

# Landesbibliothek Oldenburg

## Digitalisierung von Drucken

### **Friderici Iacobi Beyschlagii, Gymnasii, quod Halæ Suevorum est, Adiuncti, & ad ædem S. Mich. Archangeli Catechetæ extraordinarii, Sylloge Variorum Opusculorum**

(Programmatvm, Orationvm, Epistolarvm, Poematvm, Dissertationvm, Aliarvmqve Observationvm ... )

Fascicvlos I.II.III.IV.V. Ab Annis MDCC.XXVII.M.DCC.XXVIII.M.DCC.XXIX. Editos, Complexvs. Cvm Indice Triplici.

**Beyschlag, Friedrich Jakob**

**Halae Suevorum, M.DCC.XXIX**

Widmung

**urn:nbn:de:gbv:45:1-16134**

FRIDERICI JACOBI  
BEYSCHLAGII  
STYVASIO SVETORVM  
VIRO

*Summe Venerando, Excellentissimo  
atque Amplissimo,*

GVSTAVO GEORGIO  
ZELTNERO,

Sacrofanctæ Theologiæ Doctori,  
huiusque & Lingg. Orient. in alma Norim-  
bergensium Academia Altorfina Professore  
Primario, Ecclesiæque ibidem  
Pastori,

Viro de gravissimis, quæ or-  
nat, muneribus, & de re literarum  
publica, editis, ætatem laturis, monimen-  
tis, longe meritissimo,

*Suo olim Præceptori & Hospiti,  
nunc PATRONO devota mente  
semper colendo,*

Primum huius  
Variorum Opusculorum  
Sylloges  
FASCICVLVM,

in pietatis, animi æternum devin-  
tissimi, ac gratissimi, observantiæque,

*qua Viri Excellentissimi merita  
prosequitur,*

*perpetuam tesseram,*

cum voto omnis veræ ac perennan-  
tis felicitatis sincero,

siueque ulteriorem commendationem,

*inscribit, offert, consecrat*

AUCTOR.

L. A. SENECA, Epist. LXXXV.

p. m. 231.

*Alit lectio ingenium: et studio fatigatum, non sine studio tamen reficit. Nec scribere tantum, nec tantum legere debemus. Altera res contristabit, et vires exhauriet: de stilo dico: altera solvet ac diluet: Invicem hoc illo commutandum est, et alterum altero temperandum: ut quicquid lectione collectum est, stilus redigat in corpus.*

JAC. ACONTIVS, apud C. F. Paullini  
in præf. Disquis. an mors naturalis  
sit Substantia verminosa.

*Ne in publicum quisquam scribat, nisi novum quid, et quod propria sit observationis, et DEI gloriam Ecclesiaeque ædificationem spectet, ac unde tantus sperari possit fructus, ut dandum eius lectioni tempus non melius collocaturi sint lectores, ne scilicet actum quid agatur, sed agendum.*

PRAE.



# PRAEFATIO AD LECTOREM,

Conatibus nostris bene cupientem.

**C**ogitanti mihi, qua potissimum  
ratione institutum meum in  
edenda hac *variorum Opuscu-  
lorum Sylloge*, praefarer, varia se offe-  
rebant, ex quibus alia ad excusan-  
dum illud, rursus alia ad abiicien-  
dum propositum, pertinere vide-  
bantur. Non me fugit, identidem  
adhuc à doctis viris querelas esse  
motas de nimio eiusmodi scripto-  
rum proventu, unde plus damni rei  
literariae metuendum sit, quam emo-  
lumentum inde sperandi. Nec praeter  
rem id dictum forte esse, experien-  
) ( 3 cia,